

# Latin 2024

➤ **Un frère inconsolable**

➤ **Refondation de la ville**

## Un frère inconsolable

Traduire les vers 9 à 17 et commenter l'ensemble du poème.

Etsi me assiduo confectum cura dolore  
sevocat a doctis, Ortale, virginibus,  
nec potis est dulces Musarum expromere fetus  
mens animi: tantis fluctuat ipsa malis!

5 Namque mei nuper Lethaeo gurgite fratris  
pallidulum manans alluit unda pedem,  
Troia Rhoeteo quem subter litore tellus  
Ereptum nostris obterit ex oculis. (...)

nunquam ego te, vita frater amabilior,

10 adspiciam posthac ? At certe semper amabo,

semper maesta tua carmina morte canam,

qualia sub densis ramorum concinit umbris

Daulias<sup>1</sup> absumpti fata gemens Ityli<sup>2</sup>.

Sed tamen in tantis maeroribus, Ortale, mitto

15 haec expressa<sup>3</sup> tibi carmina Battiadae,

ne tua dicta vagis nequiquam credita ventis

effluxisse meo forte putes animo,

ut missum sponsi furtive munere malum

procurrit casto virginis e gremio,

20 quod miserae oblatae molli sub veste locatum,

dum adventu matris prosilit, excutitur;

atque illud prono praeceps agitur decursu,

huic manat tristi conscius ore rubor.

*Le chagrin qui me dévore sans cesse, Ortalus, m'enlève aux doctes vierges; je ne puis voir germer les douces inspirations des Muses au milieu des cruelles agitations de mon âme! Il n'y a guère encore que les ondes du gouffre Léthéen baignent les pieds blêmes de mon frère; que la terre troyenne couvrant ses restes aux rivages de Rhétée le dérobe à nos regards. J'aurais beau te parler, je ne t'entendrai jamais plus me raconter tes hauts faits?*

*comme parfois du sein pur d'une vierge s'échappe la pomme, don furtif d'un amant : oubliant qu'elle l'a cachée sous sa robe, à l'arrivée de sa mère, la pauvre enfant se lève, le fruit tombe, roule à ses pieds et une rougeur indiscreète se répand sur son visage désolé.*

Catulle

1 Daulias : Nominatif Singulier - la Daulienne, c'est-à-dire Philomèle (originaire de Daulis).

2 Itylus, i, m : Itylus = Itys, fils de Térée et de Procné, la sœur de Philomèle. Procné a tué son propre fils Itys pour se venger de Térée.

3 Exprimo, ere : ici, « imiter ». Battiades, ae, m : descendant de Battos, c'est-à-dire Callimaque, poète grec.

## Refondation de la ville

Traduire les lignes 1 à 5 et commenter l'ensemble du texte.

Qui<sup>1</sup>, regno ita potitus, urbem novam, conditam vi et armis, iure eam legibusque ac moribus de integro<sup>2</sup> condere parat. Quibus cum inter bella adsuescere videret non posse, (...) mitigandum ferocem populum armorum desuetudine ratus, lanum ad infimum Argiletum indicem pacis bellique fecit, apertus ut in armis esse civitatem, clausus pacatos circa omnes  
5 populos significaret.

bis deinde post Numae regnum clausus fuit, semel T. Manlio consule post Punicum primum perfectum bellum, iterum, quod nostrae aetati dii dederunt ut videremus, post bellum Actiacum ab imperatore Caesare Augusto pace terra marique  
10 parta.

Clauso eo cum omnium circa finitimorum societate ac foederibus iunxisset animos, positus externorum periculorum curis ne luxuriarent otio  
15 animi, quos metus hostium disciplinaque militaris continuerat, omnium primum, rem ad multitudinem inperitam et illis saeculis rudem efficacissimam, deorum metum iniciendum ratus est.

20

*Après Numa, la porte fut fermée encore à deux reprises: une première fois sous le consulat de Titus Manlius à la fin de la première guerre punique; notre époque a eu le privilège d'assister à la seconde fermeture lorsque, par la grâce des dieux, César Auguste après la bataille d'Actium instaura la paix sur terre et sur mer.*

*Après la fermeture du temple, le roi conclut avec tous les peuples voisins des traités et des alliances; pour éviter que l'oisiveté, si on n'avait plus à craindre de dangers extérieurs, entraîne des désordres que la peur des ennemis et la discipline militaire avaient contenus jusque-là, il pensa que la première chose à faire était d'inspirer la crainte des dieux.*

Tite-Live, Histoire romaine

1 Il est question de Numa, qui vient d'être proclamé roi.

2 De integro : de nouveau